



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 90119339

§. 42. Augusti II. Polonorum Regis, ac Saxoniae Electoris infirmatis,
obitusque.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Sæc. XVIII.
A. C. 1733.

§. XLII.

Augusti II. Polonorum Regis ac Saxonix Electoris obitus.

Jam anni prioris die decima quæ Octobris Fridericus Augustus II. Polonix Rex & Saxonix Elector habet Senatu decreverat, ad initium anni extra ordinem Regni comitia Saxonix esse celebranda: infausto autem profus fato accidit, ut Rex ad premeretur valetudine, quocirca ceteros de ejus vita solliciti suadebant ne iniquissimo hyemis tempore arduo hoc iter Varsoviam usque iniret, vero eis reposuit: *periculum equidem cui me expono, probe prospicio, plus mihi in Regno, populoque meo, quam in illa debeo.* Die igitur decima Januarii Dresdæ profectus, sexta post die Varsoviam venit, sæpius de magna lassitudine conqueri auditus: cum vero eam descendere, dextro poplite in talam fimbria implicato antiquum vulnere tam rudi impulsu refricuit, ut copiosus inde sanguis proflueret, & Rex altergemiscens animo concideret; quapropter ad lectum delatus, ac intensissimis capitis doloribus ex interno æstu oppressus est, at post venæ sectionem tantum morbi lenimen sensit, ut Medicorum

dicorum iudicio mortis periculum e-
 luctatus crederetur: quapropter die vi-
 gesima sexta Januarii comitiis datum
 est initium, & altera die in Mareschal-
 lum electus Ozacowskyus: Hujus Viri
 electio, utpote Regi gratissima, & nul-
 lo ferme contradicente peracta haud
 dubium erat prosperi comitorum suc-
 cessus augurium: brevi tamen spes
 omnis concidit, cum die vigesima nona
 Januarii ingravescentibus capitis pedis-
 que doloribus molesta febris per-
 continuas accessiones tantopere ingra-
 vesceret, ut pedem totum gangræna in-
 ficeret, & extremum vitæ discrimen
 minitaretur: Existimabat quidem Rex
 hunc morbum haud fore internecinum,
 ne tamen sibimetipsi, neve salutis suæ
 deesset, utcunque tandem ægritudinis
 fata caderent, expiata conscientia Sa-
 cris morientium Sacramentis expiari
 voluit. Peracto hoc ponderosissimo
 omnium negotio, sepositisque omnibus
 curis serio sese ad extremam luctam
 accinxit, & demum matutino tempore
 diei primæ Februarii animam exha-
 lavit, anno ætatis sexagesimo tertio,
 Regni Polonici trigesimo sexto, atque
 Electoratus Saxonici trigesimo nono.
 Princeps erat statura corporis ad di-
 gnitatem apposita præstans, animi for-
 titudine, ingenii excellentia, scientia-
 rum

Sæc. XVIII.
 A. C. 1733.

Sæc. XVIII. rum ubertate, Regia liberalitate
 A. C. 1733. magnificentia illo ævo longe celeberrimus; in bello victor, in pace Pacem amantissimus. Unde merito Comes Flemmingen jam anno Christi millesimo septingentesimo decimo sexto huius Regis merita hoc elogio complexus. *Nullus certe Polonorum Rex generosior, nullus moderatior in patiendis, nullus in condonandis injuriis clementior quam modernus Rex, in quo, si vitium hominis, a quo nemo mortalium eximitur, nullum tamen in eo vitium Regis reperiri potest.* Successit defuncto in Electoratu Fridericus Augustus III. eiusque filius, a Jagellone Polonorum Regem ascendens, dignissimus paternarum virtutum hæres.

§. XLIII.

Regni Ordines a Primatu convocati.

Dissolutis per obitum Regis comitiis Viennæ, Dresdæ & Varsoviæ funebria solemniter ac regia pompa perolvebantur, quibus rite peractis Primas Regni Theodorus Potockius Archiepiscopus Gnesnensis qui ex antiquo more summam Reipublicæ tempore interregni administrationis defuncti Regis merita & famam